

Petrus Catrani absque citatione Francisci ejus Fratris post contractum ab eo matrimonium, dum petebat dispensationem illam retinendi: Civitatis Castellii Capell. 22. Novem. 1794. dub. 2.

(51. Clericus Paulus Bondi nominatus ad Capellaniam foundationis Alexandri Ziani, quum non constet nihil ante possessionem bonorum Capellaniam pro missis tunc celebratis consequutum fuisse; et verisimile est et bona et redditus pinguis Capellaniam a die nominationis per actas lites vindicasse; hinc non esse locum compensationi missarum quoad præteritum S. C. sancivit. Sutrina, Capellaniam die 18. Aprilis 1795. dub. 4.

(52. Vix dum electus fuit Bernardinus Narduccinus in Capellanum foundationis Agnetis de Paulis, quæ missam quotidianam, et adjumentum Parochi in oppido Cæsani mandaverat, causa reddituum ejusdem Capellaniam diminutionis, supplicavit ut liberaretur ab onere adjuvandi Parochum, sed non fuit auditus; renovat modo preces et annum stipendium scut. 48. pro utroque onere, infelicemque residentiam locum ostendit, et iterum non esse locum reductioni onerum declaravit: Portuen. Reductionis Onerum 18. April. 1795.

(53. Clericus Paulus Bondi nominandus ad Capellaniam foundationis Alexandri Ziani tenetur Sacramentum Pœnitentiæ, nisi legitime impeditus sit, administrare; hoc enim onus per contractum suscepit, licet fundator loquutus fuerit: « perche' questi abbia l'Autorità di confessare » inde « ed avendo detti Cappellani la Confessione debbano confessare, ma aloro arbitrio »: Sutrina, Capellaniam die 18. April. 1795. dub. 6.

(54. Quum sortes Capellaniam fundatæ ab Aurelio, et Antonio Filippini in Parochiali Ecclesia S. Blasi montis Cerignoni culpa administratorum imminutæ essent, et missæ haud celebratæ; S. C. decrevit, ab eis suppleri debere missas non celebratas, reservato in favorem Capellani jure agendi adversus eosdem hæredes pro solutione debitæ elemosynæ pro missis celebratis: Feretrana Capellaniam die 28. Febr. 1795. dub. 2. confirmat. 18. Julii ejusd. anni.

(55. Decernitur contra Valentinum per viam nullitatis purgatio attentatorum ob occupata bona Capellaniam institutæ a Petro Andrea Marinucci pendente inhibitione: Montis Alti, Capellaniam die 22. Aug. 1795. dub. 5.

(56. Quum Capellaniarum foundationis hæreditatis tum Franciscæ Borelli tum Francisci de Comitibus existentium in Ecclesia Archiepiscopali S. Laurentii oppidi Formelli administrator in favorem possessorum Capellanorum in legali redditione rationis scut. 380. debitor evasisset; dicti Capellani preces adhibent pro suspensione collationis vacantis Capellaniam ad decennium; et S. C. usque ad extinctionem æris alieni scut. 380. annuit: Nepesina, Capellaniam die 23. Januar. 1796.

(57. Spectata facultate tributa a S. C. Concilii ex redditibus superexstantibus pie

hæreditatis Ricci, Archiepiscopus tres erexit Capellanias in oppido montis S. Martini cum onere sacri quotidiani et tribuit PP. Augustiniani cum annuo stipendio scut. 36. pro qualibet, sed quia Patres nunquam distributive per singulos dies celebrarunt, sed infra annum per 80, et ultra annos; hæredes testatoris petunt celebrationem quotidianam, et S. C. intra annum missas esse celebrandas resolvit. Nam in tabella Ecclesiam adnotabatur num. 93. missar. « distribuite per commodo de' Padri in ciascum mese. » Firmana. Capellaniarum die 23. Jan. 1796.

(58. Capellano Leonardo Gentilini, qui in accipienda Capellania Alberi instituta in Ecclesia Carminis Cæsena se obligavit ad celebrandam missam quotidianam in publico Oratorio terræ Portus Cæsensatici ad quod translata fuit eadem Capellania, et sufficientes habet redditus, nempe scut. 62. annuatim onus celebrationis proprio sumptu imponitur: Cæsena. Capellaniam 19. Decem. 1795. confirmat. die 12. Martii 1796.

(59. Capellaniam fundatam a David Dominici in Ecclesia S. Mariæ Majoris Oppidi Hispelli, et quam Antistes erexit in titulum simplicis beneficii ecclesiastici collativi, seu perpetuæ Capellaniam retinere exoptat Clericus Jo. Calcagna in statu conjugali, Patronis consentientibus, et S. C. exorat, quæ eis non fecit potestatem: Fulginaten. Capellaniam die 14. Septemb. 1796. dub. 1.

(60. Quum Rectorum culpa in pessum iverint prædia Capellaniam fundatæ a David Dominici in Ecclesia S. M. majoris oppidi Hispelli oneris trium hebdomadalium missarum, et vix redderent scut. 11. 94. Antistes facultate Apostolica utens an. 1727. onus reduxit ad unam hebdomadalem, aliasque duas menstruas, augendis missis redditibus auctis; modo accreverunt redditus ad scut. 20. 32. hinc S. C. exoratur quomodo sint celebrandæ missæ? et respondit ad formam Decreti Episcopi anni 1727. Nam deductis oneribus, vix supersunt Capellano scut. 9. 37. In Fulginaten. Capellaniam, die 17. Sept. 1796. dub. 2.

(61. In institutione Capellaniarum quas fundavit Card. Antonius Maria Salviati in Ecclesia S. Jacobi Incurabilium urbis, donator injunxit onus celebrandi per se, sed non addidit clausulam « et non per alios » et in tabella Ecclesiam typis impressa anno 1675. in qua rite Missæ notantur, et quæ ab aliis Sacerdotibus omissæ supplementur, onus hujusmodi præscribitur; idcirco Capellani propter etiam reddituum tenuitatem celebrare per alios missæ sueverunt, et inde S. C. consuluerunt, quæ Capellanos primæ Institutionis dicti Cardinalis teneri per se ipsos Sacra peragere deciderit. Romana, Capellaniarum: die 26. Novem. 1796. dub. 1.

Et casu infirmitatis dictos Capellanos, per alios, dummodo dies quindecim non excedant, supplere non teneri statuit. Ibid. dub. 2.

(62. Testamento Sacerdos Abel Avanzi in foundatione perpetuæ laicalis Capellaniam non numerum missarum, sed elemosynam in

ob. 15. juxta redditus definiit; in codicillis vero missam quotidianam cum elemosyna ob. 20. si augeatur redditus ad scut. 72. statuit. Quum modo censuales fructus reddunt scut. 80. petiit Capellanus: An pro redditu excedente scut. 72. tot aliæ præter quotidianam celebrandæ sint missæ? et S. C. negative respondit: Spoletana, Capellaniam die 17. Decem. 1796. dub. 1.

(63. Sacerdos Jo. Baptista Rondini unus ex Capellanis Ecclesiam S. Mariæ Angelorum terræ Philoptrani, qui instar Capituli Canoniorum choro inserviunt, ob plura patrata crimina ad quinquennium in quoddam Monasterium damnatus fuit. Ei fructus et distributiones non deberi cæteri Capellani inservientes durante ejus absentia autumant, et S. C. præsidio nituntur, quæ non ei illos deberi rescripsit: Auximana, Capellaniam die 21. Januar. 1797. dub. 1.

(64. Duas Cæsareus Sen. Calvi fundavit Capellanias in Ecclesia S. Mariæ Montis Falchi, earumque onera, ob mutata in pejus prædia censibus subrogata, reducta ab Episcopo ad annuas missas 141. vel 112. ex missis 7. hebdomadalibus in fundatione demandatis, fuerunt, licet id non ex fundatione, quæ deficit, sed ex commentariis familiæ Calvi constat, dein Capellani nominatio postmissa fuit, ac celebratio in missis 50. confecta. Episcopus vero ambigit, in quo numero sint missæ celebrandæ? in numero 141. S. C. firmavit; etsi Episcopus inopiam patroni ostenderet, ac annum missarum 50. celebrationem perpetuam, ad meliora bona cum residuo fructu reddenda Capellaniam, proponeret: Spoletana, Reduct. Miss. die 11. Febr. 1797. dub. 1.

(65. De binis Capellanis a Cæsareo Sen. Calvi in Ecclesia S. Mariæ Montis Falchi suspensionem nominationis obtinuit anno 1771. patronus Calvi quousque ad legitimam ætatem ejus Nepos perveniret, expletis oneribus, quia prædia illarum permutata in pejus censibus subrogata fuerant. Inde neglecta semper fuit dicta nominatio, paucis celebratis missis. Modo patronus postulat a S. C. suspensionem, testimonium suæ inopiam Episcopo perhibente; et S. C. præcepit nominationem Capellani, et ut Episcopus assignet terminum, prout de jure, ad eandem nominationem faciendam. Spoletana Reductionis Missarum die 11. Febr. 1797. dub. 2.

(66. Decreta erectione secundæ Capellaniam a sodalibus suffragii Ecclesiam Collegiatæ et Parochialis S. Venantii et a S. C. approbata, iidem sodales petierunt ab eadem S. C. indultum celebrandi primam missam a Capellano circiter quadrante post meridiem singulis diebus festis de præcepto, propter populi commoditatem; et obtinuerunt: Camerinen. Capellaniam die 6. Maii 1797. dub. 2.

(67. Quum Clericus Joseph Fontana ætatis undecim unus de domo fundatricis Catharinæ Fontana idoneus ad obtinendam Capellaniam ab ea in Ecclesia Parochiali SS. Jacobi et Quirici Lapedonæ cum onere celebrandi per se ipsum fundatam, impetrasset Apostolicam

dispensationem, et obtinisset; modo agens an. 21., neque idoneus adhuc esset ad subdiaconatum, postulavit prorogationem ad triennium, et Archiepiscopo favente, arbitrio ejusdem reportavit. Licet illam impugnaret Sacerdos Cyriacus Brandimarte nominatus, quasi præfatus Fontana jamdiu possessam Capellaniam ob non susceptum Sacerdotium amisisset: Firmana Capellaniam die 17. Junii 1797. dub. 1.

(68. Franciscus Ercolani instituit Capellaniam collativam in Ecclesia S. Silvestri terræ S. Constantii et in erectione fuit Beneficium appellata. Inde dote aucta beneficii, et reservatum fuit juspatronatus idoneis ad Sacerdotium vocatis, et Veronica Vecchi, cui hæreditas delata fuit activum reliquit juspatronatus Francisco Corradini, qui ad beneficium nominavit ejus filium Petrum, qui licet ad conjugalem statum transisset, retinuit tamen prædium beneficii, adimpletis per alium oneribus. Monitus ab Episcopo, orat pro facultate continuandi in possessione prædii per ipsum melius effecti. Favet ei Episcopus, sed S. C. non esse locum retentioni beneficii in statu conjugali; sed suspensioni nominationis deputato Ecclesiastico Administratore, qui, impletis oneribus superexstantes redditus Oratori consignet, donec aliquis ex passive vocatis idoneus superveniat: Fanen. Beneficii die 15. Julii 1797. dub. 1.

(69. Clericus Bondi nominatus ad Sacerdotalem Capellaniam Zani, eam obtinuit cum conditione, « dummodo Trebonianum se conferat, ibique resideat statim ac ad legitimam pervenerit ætatem, ad Sacerdotium ascendat, et facultatem excipiendi Sacramentales confessiones obtineat. » Ad ætatem perventus an. 23. supplicat pro prorogatione termini ad sacros suscipiendos ordines, donec opportune expleret studia, quibus ob adversam valetudinem incumbere non potuerat; et S. C. annuit arbitrio Episcopi: Sutrin. Capellaniam die 15. Julii 1797.

(70. Franciscus Pandovani instituens per instrumentum laicalem Capellaniam in Ecclesia Parochiali SS. Nominis Jesu civitatis Plebis, onus Capellano 50. missarum annuatim imposuit, et adjunxit postea alias 20. missas. Inde in testamento « acciò che il peso, ed obbligo del Capellano pro tempore sia esattamente adempito » onus missarum reduxit ad 25. et nullam mentionem fecit missarum 20. Hodiernus Capellanus consulit S. C. pro declaratione, an et quot missæ celebrari deberent? cui respondit Sacra Congregatio missas annuas 45. esse celebrandas, et ad D. Secretarium cum SS.: Civitatis, Plebis oneris missarum die 19. Aug. 1797.

(71. Supplicationem favore Xaveri Grisei pueri septennis ad Capellaniam Collateralis a Patronis nominati sub conditione futuræ dispensationis super defectu ætatis relaxandam esse, cum de linea esset a fundatore contemplata, Capellania non esset qualitatis Sacerdotalis, ipsique patruus Thomas a lite



nem Missarum a Comite Virginio Bolognetti postulatam rejiciendam censuit S. C. In Tiburtina Capellania die 2 Decembris 1815, ad 1 Dub.

(105. Nec non Sacerdoti Antonio Izzo, cui Capellania di Lillo redditus denegati fuere ab anterioribus Creditoribus Capellaniae bona sibi vindicantibus, cum ducata triginta sex recuperavisset, reductionem concedendam esse statuit S. C. ad tot Missas, quot superextantes redditus ad rationem a fundatore constitutam Carolenorum ducum, licet recuperatos redditus una cum Episcopo postulavisset liberos remanere debere juxta leges Synodales pro taxa Patrimonii Sacri in sua Ordinatione super eadem Capellania constituti. In Neapolitana Capellania die 20 Decembris 1815.

(106. Rursus pro Sacerdote Antonio Izzo, qui Capellania di Lillo post ducata triginta sex annua recuperata ex bonis ejusdem Capellaniae, quae sibi anteriores Creditores vindicaverant, omnem celebrationem Missarum omisit, eo quod putaverit ea libera debere remanere pro patrimonio sacro jam constituto in ea ad normam Legum Synodali; injunxit nihilominus S. C. celebrationem viginti Missarum intra triennium. In Neapolitana Capellania die 20 Decembris 1815.

(107. Translationem Capellaniae in Aedificula S. Bartholomei in agro Valle Buja erectae ad aliud Oratorium, quam postulavit Bartholomeus Sandonini Patronus, differendam esse censuit Sacra Congregatio usque dum Archiepiscopus Lucanus referret de valore fundorum per Peritum ex officio, et de annuo reddito per decennium. In Lucana Translatione die 13 Januarii 1816.

(108. Suspensionem Capellaniae S. Antonii concessit Sacra Congregatio ad sexennium, ut deputato Ecclesiastico administratore, ab eoque impletis omnibus oneribus, excepto servitio Chori, residuales redditus erogarentur praecipue in sacras suppellectiles, et restorationes fatiscantis Ecclesiae Sancti Michaelis in Oppido Castri Madamae, facto verbo cum SS., et docto de erogatione et notificato decreto ministris Datariae Apostolicae. In Tyburtina Suspensionis Capellaniae die 17 Februarii 1816.

(109. Utrum Residentiae onus adnexum esset Capellaniae relictae a Lodovica Graziani, definiri non posse censuit S. C. nisi coadjuvarentur probationes. In Aesina Suspensionis Onerum et Residentiae die 15 Junii 1816 ad 2 Dub.

(110. Uniendam censuit S. C. vacantem Capellania erectam in diruta rurali Aedificula Sancti Sebastiani, cujus nominatio spectat ad Capitulum Ecclesiae Archipresbyteralis Oppidi del Piglio, ut impletis per Capitulum omnibus oneribus ad formam foundationis, et erecto in Ecclesia S. Mariae delle Rose Altari S. Sebastiano modo et forma ab Episcopo Administratore praefiniendis, superextantes redditus erogentur pro Sacrario ejusdem Ecclesiae Archipresbyterali del Piglio, quod inter praeterita rerum discrimina depopulatum fuerat. In Anagnina Unionis, et Suspensionis die 13 Julii 1816.

(111. Implemento Capellaniae Bartoli ad formam foundationis locum esse definivit S. C. simulque esse locum aperiitioni oris adversus Rescripta SS. a Theresia Fiori impetratis, cum ipsa non sit fundatoris consanguinea, nec de ejus paupertate satis constet, in Romana Capellania die 13 Junii 1816.

(112. Caducitati non esse locum censuit S. C. a Capellania male administrata ab ejus Capellano, sed injunxit Ordinario, ut provideret juris et facti remediis reintegrationi Beneficii cum facultate sanandi sequutas alienationes, aliisque necessariis et opportunitis etiam ad effectum, quatenus opus esset deputandi administratorem Capellaniae. In Nulilius Sublacen. Capellania die 24 Aug. 1816.

(113. Capellania Laicalem institutam ab Episcopo Mantuano Antonio Guido a Balneo, et conferendam Clericis vel Sacerdotibus ex familia Balneo, definivit S. C. iis deficientibus, illicite in statu Conjugali retentam fuisse a Marchione Ferdinando a Balneo, licet onera ejusdem impleverit. In Mantuana Capellania die 23 Novembris ejusd. an. ad 1 Dub.

Declaravit eundem Ferdinandum teneri ad reintegrationem in sculis 2177, 37, investientis ad formam foundationis in augmentum Dotis. In reliquis commissis Secretario ut a SS. absolutionem et condonationem quoad praeteritum eidem Ferdinando exoraret. Ibid. ad 2 Dub.

Atque in posterum non posse Patronum nominare eos de Familia, nisi qui Clerici forent. Ibid. ad 3 Dub.

(114. Servandam non esse institutionem ab Episcopo factam expeditis literis Presbyteri Giovannetti, qui, conventionem inita cum Sacerdote Aloysio Graziosi (cui aequae ac sibi passivum jus competeat) seipsum ad vacantem Capellania nominavit. Reintegrandum esse autem dejectum ab eadem Capellania Clericum Lodovicum Balzani (ad quem etiam passivum jus patronatus competeat) sed praeterea legitime a Patronis praesentatum decrevit Sacra Congregatio. In Ariminen. Capellania 20 Septembris ad 1 Dubium, confirmavitque contra eundem Giovannetti in Congregatione diei 20 Decembris 1816.

(115. Mansionarios Ecclesiae Cathedralis Auximanae, ad formam erectionis Mansionariorum, in Missis conventualibus, Parochis etiam legitime impeditis, munus Diaconi praestare debere statuit Sacra Congregatio. In eadem ad 4 Dub.

(116. Praevio recessu a decisis sub die 12 Julii 1823, Sacra Congregatio censuit mentionem Capellaniae Fassi dandam esse Clerico Achilli Pellei, quia ipse legitime nominatus fuerat a majori patronorum parte. In Montis Alti Capellania die 26 Februarii 1818.

(117. Iisdemque de causis non esse concedendam, permanente Sodalitio, iisdem Capellanis administrationem reddituum, custodiam Sacrarii, implementum Missarum, ac superextantium reddituum applicationem, ut Episcopus proposuerat, existimavit eadem Sacra Congregatio ibidem ad 3 Dub.

(118. Capellanas sub invocatione S. Caroli, e. sub titulo S. Francisci juris patronatus tum activi tum passivi Familiae Ceconi, cum non constaret rectas fuisse auctoritate Ordinarium, vel unquam Capellanis datam fuisse canonicam institutionem, non esse Ecclesiasticas sed Laicales respondit S. C. In Nulilius Sublacen. die 31 Julii 1818, ad 1 Dub.

(119. Non constare de caducitate Georgii Fortini a Capellania instituta ab Olympia Tenerini Selavi De Sanctis, ejusque Filio Joanne Francisco Sacerdote, dixit Sacra Congregatio, quia Georgius a Fundatoribus absque onere sacrum Sacerdotii ordinem assumendi fuit nominatus. In Viterbien. Capellania die 2 Augusti 1818, ad 1 et 2 Dub.

(120. Non constare de legitimo adimplemento onerum Capellaniae a Francisco Battelli erectae sub invocatione Nativitatis Dei parae Virginis in Ecclesia Villae Calavanna Urbanen. Diocesis usque ad integrum annum 1818, attentis vero peculiaribus circumstantiis, consulendum SS. pro sanatione, et absolutione, et fructus Capellaniae ab anno 1819, subsequestro positos, erogandos esse, juxta votum Eminentissimi Relatoris, prorogato indulto reductionis ad totum currentem annum, dixit Sacra Congregatio. In Urbanen. et S. Angeli in Vado Capellania die 19 Novembris 1818 ad 1. 2. et 3. Dubium.

(121. Rectorem Capellaniae, de qua supra, ad residentiam teneri in aedibus a testatore designatis ad formam foundationis; quo vero ad actualem Capellanum Sacerdotem Joannem Antonium Sacchi, definitione dilata, separatim exponere debere causas dispensationis, si quas habet, rescripsit Sacra Congregatio, quae providit quoque in posterum onerum implemento, et administrationi Capellaniae juxta votum E. Relatoris, statuendo ut Archipresbyter cum subjectione Episcopo incumberet executioni juxta legem foundationis. In eadem ad 4. 5. et 6. Dub.

(122. Precibus Maximi Cenciarelli conjugati, quibus administrationem Capellaniae sub invocatione Beatae Mariae Virginis in Coelum Assumptae, ac S. Antonii Patavini a Joanne Baptista Cenciarelli erectae petebat, annuendum non esse censuit Sacra Congregatio. Statuit quoque hujusmodi Capellaniae institutionem contra Testatoris voluntatem dandam non esse Presbytero Marcelli. Consulendum vero SS. dixit favore Clerici Josephi passive a Testatore vocati. In Signina Capellania die 20. Decembris 1818. ad 1. 2. et 3. Dub.

(123. Cum Parochus suburbanus Ecclesiae S. Quirici Florentinae Diocesis auxilio indigeret Capellani Curati, ac vicissim pensio scutorum quadraginta huic assignata insufficientis esset, antequam annueret S. C. ut Capellania sub titulo S. Bonaventurae redderetur amovibilis, et uniretur Capellano Curato pro tempore, quamvis laici patroni in id assentirentur, nec non hujus Capellaniae onera Missarum reducerentur, rursus Archiepiscopo scribendum esse duxit ad mentem. In Florentina Unionis die 16 Aprilis 1820, ad 1 et 2 Dub.

(124. Principem ab Auria Pamphyli seu Patronum Capellaniae Saraceni non indigere censuit S. C. absolute, et sanatione ob missas 733 non adimpletas, cum redditus Capellaniae dotem constituentes diminuti fuerint absque culpa ejusdem patroni. In Balneoregien. die 17 Junii 1820 ad 1 Dub.

(125. Simili modo ob inculpabilem diminutionem reddituum LL. MM. constituentium dotem Capellaniae Saraceni erectae in Ecclesia B. M. V. dell' Ajuto in territorio Montis Clavelli, principi ab Auria Pamphyli patrono reductionem Missarum ad tot indulisit S. C. quot celebrari queunt ex superextantibus redditibus ad eleemosynam obolorum viginti. In Balneoregien. die 17. Junii 1820. ad 2 Dub.

(126. Intrare arbitrium pro aperiitione oris tum adversus literas Apostolicas in forma Brevis diei 17. Decembris 1816, tum adversus alterum rescriptum diei 18. Septembris 1817, quibus clar. mem. Cardinalis Litta concessa fuit a SS. domus dismembratio ad Capellania Antonelli spectantis, cum praeter ceteris relicta fuerit passiva ejus familiae vocatio ad Capellania praefatam. In Sabinen. Juris patronatus die 15 Julii 1820. ad 1. Dub.

(127. Non constare de jure patronatus activo ad Capellania S. Ignatii in Ecclesia SS. Joannis et Reparatae civitatis Lucensis, favore Sebastiani Friderici Andreozzi, licet hic arrogatus fuisset ab ultimo agnato familiae Motroui, a fundatore contemplatae, cum ex altera familia Martini, a fundatore aequae dilecta, superesset Canonicus Stephanus Martini, in quo coaluerant omnia patronatus jura, non obstante arrogatione praefata, declaravit S. C. In Lucana Legati die 26 Augusti 1820. ad 1. Dub.

(128. Sacra Congregatio precibus Joannis Cajetani Ghivizzani non annuere censuit, quibus postulabat bona omnia pertinentia ad Capellania ab Augustino de Guivizzano institutam, quamvis affrancationis ope medietatem sibi addicere valebat, Beneficiato restituere, ea imposita conditione, nempe ut sui descendentes masculi, iisque deficientibus, masculi ex feminis bonis omnibus usufruantur, cum obligatione omnibus oneribus implendi; ideoque nominationis suspensionem denegavit, et statuit, ut in casu vacationis Patroni ad nominationem deveniant. In Lucana Capellania die 20. Januarii 1821. ad 1. et 2. Dubium.

(129. Quum S. Penitentiaria eidem retinere medietatem bonorum ad dietam Capellania permiserit, quia affrancatione usus fuerit, Sacra Congregatio Archiepiscopo Lucensi commisit, ut praevia separatione medietatis omnium bonorum per peritos ex officio eligendis faciendae, curaret illi traditionem Capellano et transcriptionem nomine Capellaniae in publicis tabulis censualibus. In eadem ad 3. Dub.

(130. Intrare arbitrium aperiitionis oris adversus Literas Apostolicas provisionis Capellaniae laicalis favore Sacerdotis Josephi Gregorii expeditis statuit Sacra Congregatio ob vitium obreptionis et subreptionis. Distu-